54 56

TRASLADO DE VN BREVE DE NVESTRO muy Sancto Padre Vrbano VIII. à instancia del Rey nuestro señor Phelipe IIII. que Dios nos guarde muchos años.

VRBANVS PAPA OCTAVVS.



D Perpetuam rei memoriam Pastoralis Officij nobis divinitus commissi solicitudo iugiter nos admonet, vt omni cura & vigilantia ad ea semper intendamus, per quæ regularium personarum, quæ relicto seculo divini numinis obsequijs sese manciparunt, quieti fœlicique statui ac regularis disciplinæ conservationi consulitur; vt ipsæ personæ iuxta regularia suorũ ordinum instituta tranquilis mentibus gratum altissimo impendere possint famulatum. Cum itaque sicut accepimus in Regnis Hispaniarum diversa privilegia prærogativæ immunitates, atq; exemptiones diversorum ordinum Religiosis, tàm ab ipsorũ Superioribus, quàm Sede Apostolica, illiusque in dictis Regnis Nuntijs pro tempore existentibus concessa reperiantur, per quæ ij dem Religiosi ab eorum Prælatorum obedientia eximuntur ex Monasterijs, & regularibus Domibus ad eorum libitum, ac cum sotijs sibi benevisis & iam destinatis, etiam Superiorum suorum non petita licentia egrediuntur absque eo, quod ij dem Superiores, tàm huiusmodi egresum, quàm secularium personarum, quibusvis horis ad illorum cellas accesum, atque ingresum impedire posint; præterea de vno ad aliud Monasterium, seu regularem Domum, etiam ipsis Superioribus invitis transeunt, nec Choro, & alijs spiritualibus exercitijs minusq; refectorio cum alijs intersint, ex hoc autem gravissima inconvenientia & scandala ir. non modicum regularis observantiæ & disciplinæ detrimentum exoriantu. Nos præmissis quantum cum Domino possumus obviare volentes motu proprio & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris omnia & singula, ac quæcunque huiusmodi privilegia, prærogativas immunitates, & exemptiones quorumcunque ordinum congregationum & institutorum religiosis, tàm per Sedem Apostolicam illiusque in eisdem Regnis Nuncios, quàm illorũ Superiores ex quacunque causa, ac subquibuscunque verborũ formis & expresionibus quomodolibet concesa Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo revocamus, cassamus, & abrogamus, ac revocata, cassata, & abrogata iuribusque, & effectu vacua esse & fore, nec illa cuiquam suffragari, neque de cetero absque nostra, vel Sedis Apostolicæ licentia concedi posse, sicq, & non aliter per quoscunque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores vbiq; iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec nõ quatenus opus sit ordinum Congregationum, & Institutorum huiusmodi & quibusvis alijs etiam iuramento cõfirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliàs roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis eisdem Religiosis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiã derogatoriarum derogatorijs alijsq; efficatioribus, & insolitis clausulis nec

A non

8

non irritantibus, & alijs decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis cõfirmatis, & inovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis specialis specifica expressa, & individua mẽtio habenda esset illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, ceterisq; contrarijs quibuscunq; volumus autem ~~dumtaxat~~, quod præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariã Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 30. Iulij 1626. Pontificatus Nostri anno 3. V. Theatin. Concuerda con su original que queda en la secret. del Patronadgo Real, de donde le hize sacar yo Ioan Ortiz de Carate, Secretario del Rey nuestro Señor, y Official mayor. En ella en Madrid á ocho de Março de 1627. Ioan Ortiz de Carate.

Concuerda con el trasl.º authentico de donde fue sacado este tr. el qual segun parece su orig.al esta en la secret.a del Rey n.º S.r el qual ante nos exhibio el muy R.do Padre maestro f. domingo de Molina de la orden de S.to Domingo y lo bolvio llevar en su poder y lo su R.mo lo firmo y dello damos fe nos los Rot.os app.cos infra.tos que es fho en Sevilla a nueve de Março de mill seis.os y [illegible] [illegible] dumtaxat no bala [illegible] autem valga. Queda en mi poder

fr. domingo de molina

E fize mi signo en testim.o de verdad — Fran.co de Villegas Not.o app.co

Fide eius [illegible]

E fice mi signo en testimonio de verdad

Christoval de aguirre [illegible]

Notificose en el Convento de Regina de Sevilla, a la Comunidad en dos de Iulio de 1627. años.

Fray Iuan de los Angeles Not.